

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 141. Joannes anxetas in Concilio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV. bant, in quo fusiori calamo sua postula-
A.C. 1415. ta prosequebantur, Joannes libellum sibi
oblatum per singula capita refutavit,
Gregorii & Benedicti cessionem appro-
bans, non tamen in suam consentiens;
illud vero petitum, ne ipse ulterius Con-
cilio præcesset, tanquam propositionem in-
justam atque indignam rejicit, eoque-
inquietabat, ipse solus legitimus Pontifex
a potissima Christiani Orbis parte recog-
gnitus, Concilium convocasset, atque ad
illum accedens in eo persisteret, omni stu-
dio ac viribus reformationi Ecclesiæ ad-
laboraturus; additque, plenam, omnem
que in Synodo adesse libertatem, Grego-
rium ad illam debite invitatum, ejusque
sectatores, si sub honestis conditionibus
sese Synodi Patribus adjungere vellent,
omnibus benevolentiae signis ad illam
admittendos esse.

§. CXLI.

Joannis anxietas in Concilio.

Oratores Gregorii, ubi se ad pertractan-
dum hoc negotium sufficienti auto-
ritate destitutos intellexerant, quosdam
ad Pontificem ablegant, qui eum de to-
ta rei gestæ summa edocerent, simulque
ampliora, magisque expressa peterent
mandata, quibus Gregorius literas fidei
publicæ testes tradidit. Tunc demum
Joannes

Joannes Concilii sententiam rebus suis **sæcul. XV.**
 haud ultra propitiam fore præsentire cæ- **A.C. 1415.**
 perat; plures enim particulares habe-
 bantur Congregationes, ad quas, cum e-
 ius integritas Patribus suspecta esset, non
 vocabatur, quamvis per suos emissarios
 auro muneribusque corruptos exactam
 eorum, quæ acta fuere, hausisset noti- **Niem apud
Vander
Hardt tom. 2**
 tiam; plura quoque vulgabantur scripta, **p. 389.**
 in quibus liberiori calamo illius mores
 carpebantur, interque eos Cardinalis Phi-
 lastrius libellum composuit, in quo trium
 omnino Pontificum abdicationem ceu re-
 liquis omnibus optimum pacis medium
 validissimis urgebat argumentis. Cum
 autem Papa vehementer de eo conque-
 stus esset, tantum absfuit a virili Cardi-
 nalis hujus constantia, ut scriptum hoc
 suum esse negaret, quin potius coram i-
 pso Pontifice se illius Auctorem esse, ac
 pro bono pacis illud elucubrasse, ingenue
 profiteretur. Hisce Joannes summopere
 perterritus, omni quidem studio, absque
 ullo tamen successu partes suas augere ac
 roborare contendebat.

§. CXLI.

*Vota consultiva, adversante Papa,
 sæcularibus concessa.*

Quemadmodum complures in Conci-
 lio numerabantur Doctores sæcu-
 lares,